

### **L-Ittra Appostolika tal-1693**

L-Ittra Appostolika datata 29 ta' Settembru 1693 li waqqfet il-knisja ta' San Nikola fil-Forti Ricasoli bħala knisja Parrokkjali Konventwali:

*Die 29 Septembris 193 Sacra Congregatione Eminentorum Sacris Ordinis Religionis Cardinalium Acciaiolii, Mariscotti, Casanate, et Bichi a sanctissimo Domino Nostro particulariter deputata, attentis peculiaribus circumstantiis, et signantur ab fundationem unius Ecclesia erigenda in Fortalitio Ricasoli nuncupato muniendo ad immediatam Conventus defensam, ob qualitatem situationis eiusdem, ob periculosum mari, et longum, asperrime Terra accessum, as a Parochia distantiam, censuit si sanitati sua placuerit, petitam facultatem fundandi ecclesiam, seu Cappellam praedictam sub infrascriptis conditionibus quod ea sit regularis, membrum, et pars, ac de partenentiis Ecclesia Prioralis Conventualis principalis Conventus, et Hospitalis Sancti Ioannis ab ea dependens, erigetur pleno Iure subiecta, et quod Cappellanus qui sit de ordine fratrum cappellanorum eiusdem Religionis professus, si fieri potest, sin minius novitius, vel in eorum defectum, etiam Presbyter secularis ad nutum Eminentissimi Magni Magistri in eadem prefeciendus, omnibus, et singulis in eodem Propugnaculo degentibus sacramenta etiam sanctissimi Viatici, et Extremae Unctionis nomine Prioris eiusdem Ecclesia Conventualis administrat per litteras Apostolicas in forma Brevis concedi posse, reservata tamen Episcopo quoad Personas sibi subiectas approbatione Cappellani etiam Regularis ad nutum dicti Eminentissimi Magni Magistri amovibilis nec non salvis Parocho Emolumentis, et Juribus Parochialibus quoad Baptismata, Matrimonia, Præceptum Paschale, Funeralia, tumulationem cadaverum, quatenus commode alio deferri, et asportari contigerit: Ita tamen, ut praesens Indultum non tramseat in exemplum: facta ergo de praemissis per infrascriptum sancti Congregationis Concilii Secretarium relatione sanctissimo: Sanctitas sua praedictæ particularis Congregationis sentiam in omnibus approbavit sub die Octobris – 1693.*

*E Cardinalis Mariscottus Praefectus.*

*R. Pallavicinus Secretarius.*